

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 98r

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 53 [Gn. 54]

[53] De fure vel raptore.

Quando vir furem aut spoliatorem protestari voluerit, qui cum facto manifesto ad iudicium cum clamore deductus fuerit, qui conqueratur sic: „Domine iudex, conqueror Deo et vobis super meum furem, quem cum apparenti furto captivavi et ligatum ad iudicium usque produxi, quod venit intra meos quatuor^a angulos et sibi traxit michi mea bona, super quo bonum habeo testimonium in hiis, qui meum clamorem audierunt, et ipsum vincere volo iure meo ac meo testimonio, ut michi ius dictaverit. Et requiro quomodo ipsum vincere debeat [s], ut michi proficiat in iure meo.” Tunc sibi diffinitur metseptimus^b, si furtum presens fuerit. Idem iudicium pro spolio fiat et super raptorem.

^a iiii^{or}, ^b metvii^{us}

[hasła: kradzież, złodziej, gorący uczynek, sąd, skarga, sędzia, dobra, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]